



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XIV. Quo sit cultus genere veneranda Maria?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

1. quip.  
Deus,  
3. In-  
5 semi-  
res cel-  
tuum.  
nturis  
Proph-  
rum, si  
2. Ca-  
sum  
ati, de  
Quate-  
tas Sa-  
cram.  
us est.  
Cuius  
Matt.  
excla-  
Deit.  
Agnus  
Diuni-  
ora.  
Gape-  
lides &  
iuiden-  
m. Ma-  
deeban-  
Simo-  
toribus  
har. 11.  
7. Es-  
affili-

3. APOLLINARIS verò ante hunc anno 373 § 4. au-  
tor Antidico narianitarum, teste Theod. her. fab. l. 4.  
iactantium in Arabia, V. Mariä post verbi genitaram,  
Iosepho, onfueuisse.

4. LOVINIANVS, ē monasterio Mediolanensi apo-  
stata, ait Hieron. l. apud Bzouium anno 381. §. 6. luxui  
deditus nuptias virginitati aquabat: & cum Hel-  
vito Deiparam post partum cum Iosepho coiuisse  
blasphemabant. Vtrumque verò S. Hieronymus sty-  
lo suo confixit ac iugulauit.

HEBIONITIS eandem tribuit hæresin S. Aug. 10. 6.  
I. de her. c. 8. 10. qui Christum purum hominem vtro-  
que de sexu natum fabulabantur.

LUTHERANI, præsertim Vbiquistæ, Mariam  
Virginem nec solam vtero gestasse Christum;  
nec ideo multum honoris cibtribuunt: quin vi-  
rum admisisse post partum credi non valde ve-  
tant.

CALVINISTÆ similia; de vtrisque videre est  
testata in meo Lutherio c. q. 37. 38.

PAPISTA. Non ego hic maria SS.  
Patrū ingrediar: sed tē ipsam breuissime  
me totā ex S. Thoma. 3. q. 28. perstringā.  
Ia. 7. Ecce VIRGO concipiet: ob quadru-  
plicem conuenientiam.

1. Quia Diuini Patris reuerentiam  
ad patrem carnalem transferri non de-  
cebatur.

2. Verbum omne in mente absque  
mentis corruptione concipiatur; poti-  
us Dei Verbum concipi oportuit ac edi  
absque vteri virginalis corruptione.

3. Quia Christ. Humanitas in pecca-  
to concipi nascique non debuit, quæ  
tollere peccatum venit.

4. August. l. de Virginit. c. 6. Oportet  
Caput nostrum insigni miraculo, secun-  
dum corpus, nasci de Virgine; ut significaret  
membra sua de Virgine Ecclesia secundum spi-  
rituum nascitura.

2. D. Th. ib. a. 2. In partu Virgo per-  
mansit. Conc. Ephe. Natura post partum  
nescit ulterius virginem: Gratia vero & pa-  
rientem ostendit, & matrem fecit, & virgi-

nitati non nocuit. Isa. 7. Virgo pariet filium:  
Sicut conceptum mente editur Ver-  
bum absque mentis corruptione. Aug:  
serm. 6. de Nat. Dom. *Fas non erat, ut per*  
*eius aduentum violaretur integritas; qui ve-*  
*nerat sanare corrupta.*

3. Virgo post partum. Ibid. a. 3. Iuxta  
Ezech. 46. Porta hæc clausa erit, & non ape-  
rietur, & vir non transibit per eam; quoniam  
Dominus Deus Israel ingressus est per eam.  
De qua S. Aug. serm. 14. de Nat. Dom.  
Quid est porta in domo Domini semper clausa,  
nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid  
est: Homo non transibit per eam: nisi quod Ioseph  
non cognoscet eam? Quid est, clausa erit; nisi  
quod Maria Virgo est ante partum, Virgo in  
partu, Virgo post partum?

4. Et quidem, ait Aug. lib. de Virgi-  
nit. c. 4. Annuntianti Angelo Mariam respon-  
dit: Quomodo fiet istud, quoniam vi-  
rum non cognosco? Quod profecto non di-  
ceret, nisi prius se Virginem Deo vnuisset.

#### QVÆSTIO XIV.

Quo sit cultus genere veneranda  
Maria?

HÆRESIARCH. Dicti quæstione superiori hæ-  
resiarchæ, inimici Virginitatis ac Deiparentelæ  
Mariæ; eiusdem quoque honoris inseclatores in-  
festi extiterunt. Inprimis verò Nestoriani, Helui-  
dus, Louinianus, & Copronymus. &c.

LUTHERO-CALVINIANI, (præterea, quæ in  
nostro Lutherio cal. p. 1. q. 38. recitauiimus) pugna-  
uerunt contra me verbis m. dacy, Ps. 149. Acuerunt  
linguas suas sicut serpentes. Præsertim Lutherus in  
Postilla in conc. Nat. Maria. Brentius in Catech. ad  
1. præcep. Catholicos, de primo Decalogi violato  
per Mariæ cultum, accusat; ac eum ad idolola-  
triae scelus transfert.

Melancthon in respon. ad Clerum Colon.  
dam.



damnatis olim Collyridianis nos adnumerat. Narrat ait Epiphanius sua etate mulieres in Syria statuam Mariæ circumstulisse, & ei liba obtulisse. Quem morem inter heres recenset, oppressum autoritate Episcoporum: quod esset ethnici furoris imitatio. Nunc magna pietas ducitur colere Mariam, inuocare, donaria libenter cumulare.

CALVINVS in Ioan.c.2.v.4. Quid mihi & tibi mulier, sic alloquitur, ut perpetuam seculis omnibus doctrinam tradat, ne immodicus matris honor Divinam suam gloriam obscureret. Porro quam necessaria hec admonitio fuerit, ex crassis & disque superstitionibus, que postea secuta sunt, plus satis notum est. Et aeterni Mariae Reginaceli, spissis, vita & mundi salus, &c. Vide in Mendace Antipap. p.1.q.3.

PAPISTA. Quanto honorificentius Machomet in Alchorano c.25. Azoara 5? Nullus nascitur de filiis Adam, quem non tangat Sathan, preter Mariam & eius Filium.

2. LYTHERVVS, quam vituperat, laudat eandem, in Comment. in Matt. Eo ipso, ait, quod Maria Mater Dei est facta, tam ingentia ei dñna sunt data; ut superent captum cuiuscumque. Hinc enim omnis homines ac beatitudo provenit, ut in uniuerso genere humano una persona superior sit cunctis; cui nemo par sit: Quod cum cœlesti Patre Filium habeat communem.

Ibidem in illud, Fecit mihi magna, &c. Talis ac tantus honor in hac Matris nomenclatura continetur, ut maiora nemo de illa predicare possit, et si tot linguis habeat, quot flores terra, stellas cælum, &c.

3. CALVINVS in Harmon. Luc.c.1. Hodie celebrari nequit allata nobis per Christum benedictio; quin simul occurrat, quam honorifice Mariam ornauerit Deus, qui Vnigeniti Filij sui Matrem esse voluit. Felix Maria, quæ promissionem Dei amplexa, sibi, totique mundo Salutem concepit ac peperit.

4. BVCERVS in exp. c.1. Mat. Pius animus de Maria Vase tam sancto atque electo, ut Christum nobis pararet; non nisi sanctissima cogitabit.

Hisque ampliora Bullingerus in serm. de B. V. Maria. Tanta vis virtutis est Mariæ, ut tanta veritatis quæ vel ab iniquitis, etiam hereticis, extorqueatur in suam ipsorum confitacionem atque confusionem!

EGO tamen iphis hic pauca reponam.

1. Tenemus primum Decalogi; neque tamen honori Dei per Deiparæ Sanctorumque cultum derogamus quicquam quin eò amplius adjicimus; dum per honoratissimam à Deo, in Deum Deiparæ transmittimus honorem. Quippe Rom. 2. Gloria & honor omni hominoparenti bonum: quantò magis Deiparæ:

2. Alienos illi colebant deos, qui decabant, Ierem. 44. Faciamus votans, que voulimus, ut sacrificemus Regine cel. Luna sc. & libemus ei libamina. Sicut Collyridiani panes, tortulas Mariæ, cœu Der, per seclus idololatriæ, libabant. Quā bis impietatem Melanchton per calum imponit, &c.

Vide Bzoni conc. 1. & 19. in falso Reg. discretissimè ac solidè plura.

Manet istud: Sola Deo soli Latini hyperdulia Humanitati Christi, Virginique Matri; Sanctis cæteris Dulia debetur.

Plura forte alibi, cum de Sanctorum cultu dispiciemus. Quamquam copia cum breuitate, plurima paucis sim ex ecclius hac super re & causa, in mea Clavi predicandi Rosarium lib. 1. c. 13. 14. 15. quo Lectorem remitto. Nunc ad Christum reuertamur.

## QVÆSTIO XV.

*Av Christus verè sit in Corpore versus?*

Huc

